

Hispania in iudicio contradictorio, re prudentissimi, maturo consilio, & alto, ac profundo examine discussa, per sententiam diffinitivam, sequentes propositiones inter alias approbavit die 9. Decembris 1639.

Quid in lege scripta fuit votum castitatis, & virginitatis voluntaria?

Quid in lege scripta fuit votum obedientia perpetua?

Quid in lege scripta fuit votum paupertatis perpetua?

Quid in lege scripta fuit verus monachatus, & Religio?

Subdit sententia: Currant impressa, ut jacent, & de novo possint imprimi, dummodo declaretur, non fuisse monachatum in lege scripta cum solemnitate, & perfectione, & cum potestate clavium sicut in lege gratia quia istius (in tota sua perfectione) Author, & institutor fuit Redemptor Jesus Christus, & illius in lege scripta fuit causa exemplaris, & meritoria.

79. Cum tamen adhuc aliqui scrupulosi non quiescerent, sed novis instantiis, ac difficultatibus res agitaretur, ac versaretur in iudicio contradictorio, res deducta ad sanctum Tribunal Inquisitionis, iterum convocatis magnis viris totius Hispania re minutim, & altissime discussa, & examinata, iterum praestitum decretum antecedens fuit confirmatum, ac corroboratum a supremo Senatu Sanctae Inquisitionis Matriti die 6. Martii anno 1673.

Approbatio Magistri Sacri Palatii.

80. Approbata fuit primo: In publicis Conclusionibus Capituli Generalis praesidente Doctissimo Petro Cornevo coram multis Cardinalibus Romae anno 1613.

Secunda approbatio fuit data in Propugnaculo Eliae edito a Sapientissimo Magistro Michaeli Munos prima die Octobris 1635.

Tertia approbatio in primo tomo Annalium Magni Lezanae 23. Junii 1644.

Quarta approbatio in publicis conclusionibus habitis in Capitulo Generali praesidente Sapientissimo Mag. Matthaeo Orlando Generali dignissimo anno 1666.

SECTIO VI.

Praecipuum obiectio de voto Virginitatis Sacratissima Deiparae.

81. Veniamus jam ad argumenta adversariorum diluenda, & primo opponunt contra nos multas Sanctorum Patrum auctoritates, ut D. Ambrosius, D. Augustinus, D. Epiphanius, D. Bernardus asserentium sanctissimam Deiparam fuisse primam, quae virginitatem voverit.

82. Ad quod primo respondet M. Soar. tom. 2. ad 3. part. disp. 6. sect. 3. §. Ad has obiectioes; & ait, quod Beata Virgo votum virginitatis emisit, ad perfectionem ejus pertinet. quod vero ante ipsam nullus hoc fecerit, ad ejus commendationem non admodum refert, & postea subdit Sapiens Doctor: Deinde dici etiam potest prima, quae proposita est tamquam dux, & exemplar hujusmodi voti, & hunc existimo esse sensum Sanctorum Patrum. Nota verba proposita est tamquam dux, & exemplar, & hunc existimo esse sensum Sanctorum Patrum, & subdit etiam ipse: Hunc principatum Maria in Virginitate servanda s. ficienter salvari in eminentia, & spe-

De hac re explicat sensum Patrum.

ciali prerogativa qua in ipsa eluxit hac virtus, & de hoc iterum infra.

83. Secundo M. Munos ait, Beatam Mariam Virginem fuisse primam in voto virginitatis in ratione causae obiectivae, & exemplaris; quia cum Patres antiqui ex divina revelatione agnoscerent mysteria vitae Christi, & Deiparam sanctissimam futuram ejus matrem cum voto virginitatis, ad ejus imitationem castitatis votum emiserunt, sic ait jam a me datus in Opuscul. 3. resol. 3. q. 1. n. 69. Methodius homil. de Simeone, & Anna, seu de Purific. loquens cum Sacratissima Virgine: Puritatis tuae Elias Propheta praescius, atque imitator in spiritu, cum esset vita illius signifera, sibi coronam colligavit, per tui imitationem. Te quoque ejusdem successor Eliseus a sapiente Magistro his sacris initiatis tanquam jam existentem praefigurans, & venerans ipsam Virginem obiectivè tamquam jam existentem

84. Quid autem Patres ea, quae per revelationem de Mysteriis vitae Christi agnoscebant, intenderint imitari, constans est Patrum sententia D. Ambrosii. ferm. 11. David Evangelicae praecipua anterior licet Incarnationis Sacramento, jam tamen audiebat in spiritu, & quasi Christi discipulus non subtraherebat se passionibus, sed certaminibus se offerebat. D. Hieronymus. epist. ad Demetriadem de Job ait: O praecipua, & discipulum Apostolorum! Similiter D. Gregorius lib. 1. Moral. cap. 4. D. Chrysostomus homil. de Job, & Abraham, D. Augustinus tom. 6. l. 4. contra Faustum cap. 2. & patet ex Paulo Hebraeor. 11. n. 26. dicente de Moysse Majores divitias asserens thesaurum Aegyptiorum improperium Christi. Explicat Ribera, opus propria passionis Christi quae per revelationem cognoverat, quibus se conformari voluit, illiusque vestigia imitari.

85. Tertio dicam etiam ego, ut jam dixi loco citato in Opusculis, quod Beatissima Virgo exiit prima, quae in re ipsa fecit votum Virginitatis, Elias, Eliseus, ac filii Prophetarum ediderunt votum Castitatis, & inter votum Virginitatis, ac Castitatis, ut docent D. Thomas 2. 2. q. 5. 2. art. 3. in Corp. ibi, Cajetan. Lessius de Just. l. 4. c. 2. dub. 14. n. 99. Nam inter Virginitatem, & Castitatem magnum est discrimen, Virginitas enim dicit integritatem carnis, seu corporis, id est subiectum nunquam libidine contaminatum ac corruptum, quod Castitas non dicit, nec importat, multi viduati, & cum filiis ingrediuntur Religionem, & ad Sacerdotium, ac Episcopatum promoventur, & dicuntur vivere cum Castitate, non tamen cum Virginitate.

86. Ex quo patet, quod votum Castitatis nihil contrariatur primatum voti Virginitatis; nam multi antecedenter praecesserunt cum tali voto, Nazaraei tale votum faciebant D. Chrysostomus homil. 4. in Vigilia Epiphaniae ait: Nazaraei secundum legem nuncupantur, qui Castitatem Deo insigni voto nuncupant. Sic & multi alii Patres, & Doctores, quos adduxi Opuscul. 3. resol. 3. q. 2. Idem de Essenis q. 4.

87. Deinde revelatum fuit venerabili sorori Mariae de Jesu Abbatissa Conventus Conceptionis Villae Agrida, dicente ei Virgine Maria, quod cum esset quatuordecim annorum desponsata fuit cum B. Joseph, cum ille ageret annum trigessimum tertium, qui edidit votum Castitatis duodecimo suae aetatis anno, septem annis antequam Sanctissima Virgo nasceretur, ut ibi rectè expendit Reverendissimus Generalis Seraphicae familiae praeclearissimus Religione scientia, ac reformatione 1. p. cap. 22. n. 152.

88. Quarto duplicem agnosco Virginitatem, unam supereminentem, & excelsum, quae non solum dicit integritatem

83.

Prior obiectio, ut causa exemplaris. D. Me. thod.

84. Antiqui Patres, quae mysteria vite Christi imitabantur. D. Ambrosius. D. Hieronymus. D. Gregorius. D. Chrysostomus. Hebr. 11. Ribera.

85.

86. Nazaraei fecerunt votum Castitatis. D. Chrysostomus.

87. D. Josephus fecit votum Castitatis antequam Virgo nasceretur. Samania.

88.

integritatem corporis, sed etiam mentis, ut nulla etiam levissima cogitatio inordinata potuerit ejus mentem attingere; alia verò est, & inferior, quae solum dicit integritatem corporis, non verò mentis. In prima, & supereminenti resplendit Sacratissima Virgo Maria, quae nullum habuit peccatum veniale ut definitum est in Tridentino, quod nulli alii purae creaturae est datum, quod votum processit in ea ex radice gratiae plena, & non vitiosa culpa originali, ut in aliis, quod fecit in primo instanti suae purae conceptionis & ab ipso primo instanti usque ad ultimum vitae terminum perseveravit sine ulla interruptione sive dormiens, sive vigilans, ut explicabo sectione sequenti.

Duplex Virginitas.

SECTIO VII.

Sanctissima Virgo Maria habet singulare excellentie principatum super omnes puras creaturas in omnibus operibus, & actionibus suis.

89. AD gloriam, & honorem Beatissimae Virginis suae majestatis principatum in omni Sanctitate & virtute, pro quo audiendus est D. Athanasius. ferm. de Deipara enucleas illa verba Angeli, Spiritus Sanctus supervenit in te Luc. 1. n. 31. sic ait Sanctus Pater Spiritus Sanctus in Virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quae illi per rationem divini partus adsunt, imbuens eam in gratia. Ad alios sanctitatis proceres venit Spiritus Sanctus per sua dona accidentaria, ad Virgine Mariam venit Spiritus Sanctus per suam essentiam ad operandum ineffabile Incarnationis arcanum, ad alios venit cum uno, vel altero dono, Aliis datur gratia sanctorum alius donum linguarum, alius discretio sermonis, At ad sanctissimam Virginem, cum omnibus suis essentialibus virtutibus; nam sicut Spiritus Sanctus venit in Virginem cum sua essentia, sic secum affert omnia sua essentialia, ad alios per dona accidentalia, at verò ad Virginem cum suis virtutibus essentialibus, ut singulari, ac peculiari afflatu eas imprimeret in anima, seu visceribus Virginis, Ut dignum Filii Dei habitaculum effici mereretur, ut canit Ecclesia.

90. Ex quo considera, excellentia Maternitatis Sacratissimae Virginis Mariae, ut ait D. Thomas, attingit fines divinitatis, transcendit omnem creaturam, ergo virtutes, & operationes sanctae, quibus se virgo ad tantam dignitatem preparavit, ac disposuit fuerunt sublimes; & sicut dignitas Matris Dei est suprema & singularis super omnes puras creaturas, sic & virtutes, quibus Sacratissima Virgo ad illa se disposuit, ac preparavit, fuerunt eminentes, ac singulares super omnes puras creaturas, earumque operatione

91. Considera Primò Aliorum virtutes procedunt à radice vitiosa originali Virginis, verò à radice plena gratiae, & omni sanctitate Secundo: Aliorum virtutes incepterunt à natura infecta originali per multum tempus annorum, vel mensium, At in sanctissima Virgine sine libra originali, & à primo instanti suae conceptionis cum ampla gratiarum abundantia; Unde mihi placuit sententia, quam jam alibi dixi, quam pie, & doctè astruunt Barradas tom. 2. suae concordiae lib. 6. cap. 3. Morales ad c. 1. Matth. lib. 2. tract. 6. n. 12. Novatus de eminentia Virginis cap. 7. q. 28. quod in primo instanti suae purissimae Conceptionis fuerit votum Virginitatis; dico ego quod non solum in illo primo instanti fecit votum Virginitatis, sed etiam humilitatis, obedientiae, aliarumque virtutum; nam Sacratissima Deipara in illo

Ratione maternitatis virtutes superiores.

Virgo Sanctissima in primo instanti. Barradas. Morales. Novat.

primo instanti perfectissime se dedicavit ac consecravit Deo, hoc autem fit per votum, ergo ita adimplevit.

92. Tertio. Alii sancti etiam confirmati in gratia potuerunt peccare venialiter, ut tenet Suarez 1. 2. ad 3. p. disp. 24. sect. 4. §. Tertio ex his ubi ait, Apostolos etiam post Apostolatam, & confirmationem in gratia, ac plenitudine Spiritus Sancti interdum venialiter deliquisse, quod etiam probat de S. Joanne Baptista non caruisse omni veniali culpa. At Sanctissima Virgo ita resplendit omni virtute super universos ut nec minimam perfectionem admiserit, numquam enim peccavit venialiter, ut est definitum in Tridentino sess. 6. Can. 23. ita exactissime observavit sua vota & excellentissime adimplevit. Quarto alii suas virtutes, & contemplationes per aliquas actiones, & dormitiones, ac somnia interrupperunt, at Sanctissima Virgo à primo instanti suae Immaculatae Conceptionis usque ad suum felicissimum transitum, sive vigilans, sive dormiens semper fuit vigilans absque ulla interruptione in alta, & profunda contemplatione divina. Ita docent Albertus, Magnus lib. de B. Virgine c. 1. 6 & 177. Canisius lib. 5. c. 1. D. Bern. senen. ferm. 51. art. 1. & ad hoc accommodat illud Jerem. 1. Virgam vigilanti ego video, & Rupert. Abbas. l. 5. in Cat. Ego dormio, & cor meum vigilat c. 5. Quinto Virgo Maria semper concipitur, ut Dei mater ut ait D. Chrysostomus. ferm. 146 sic ut Dei mater praedestinata, concepta, nata, & sic in omnibus suis actionibus, & inde omnia ejus dona, ut Virginitas, in multum est adaucta, & multiplicata super alia dona aliarum omnium creaturarum, ut inquit D. Augustinus. 10. ferm. 22. in natali domini, & ferm. 15. de tempore D. Chrysostomus. ferm. 142. D. Hildephonus ferm. 2. de Assumptione, unde Sanctissima Virgo in omni summa perfectione virtutis exiit unica singularis persona, & non est in eodem ordine cum aliis.

De Virtutibus in particulari.

94. Deipara sanctissima exiit singularis, & suprema in humilitate, abrahamus ostendens suam humilitatem dicebat de se, Sum pubeus, & cinis. Gen. 18. n. 27. & David, quasi terrimus ligni vermiculus 2. Reg. 23. n. 8. At Sanctissima Virgo nihil se reputat ait ipsa: Respexi humilitatem ancilla tuae. Luc. 1. n. 48. ex Hebraeo legitur, Nihilum ancilla tuae angelo annuntianti Incarnationem ait ipsa, Ecce ancilla Domini, offerebat se ad ejus obsequium, non ut mater, sed ut ejus ancilla D. Tho. de Villanova ferm. 1. de annuntiatione ait, Grandi mysterio, altissimo Deitatis in finitum Conceptum Deum sui meminit ancillatam, ut orientem a se filium mundi obsequia manciparet.

95. Singularis, & suprema in puritate Veniens Angelus ad Joseph Proponit illi Incarnatum verbum in utero Virginali, & ait, Ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum Matth. 1. n. 21. Aliter verò ipse Angelus dum ipsum arcanum ineffabile proponit Deiparae, tantum illius magnalia praedicat. Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur. Luc. 1. n. 32. & de salute pro peccatis nullum facit verbum ut cum magno Patriarcha. In praesentia Castissimi Joseph, & etiam angelus purus, peccatum tamen dicit, & nominat, ac cora Beatissima virgine, ita purissima cōtēplatur, & ab omni peccati cōtagione immunè, ut non audeat in ejus praesentia peccatum ore dicere, ac nominare.

96. Singularis, ac suprema in fide cum omnes virtutes in summo gradu in Deipara Sanctissima resplenderent, eam tamen sola de fide laudat Elisabeth. Beata, quae credidisti, Luc. 2. n. 45. in tam eminenti culmine ejus fides enituit, pro quo ait richard de S. Laurent lib. 11. de B. Virgine, Creditit Angelo Qq annuntianti

92.

Virgo sine peccato veniali non sine aliis.

Trident.

Virgo sine peccato veniali non sine aliis. Albertus. Magn. Bern. Rupert. Abbas. Cant.

93.

Maria semper mater. D. Chrysostomus. D. Augustinus.

D. Chrysostomus. D. Hildephonus.

94.

Gen. 18. 2. Reg. 23.

Virgo sine peccato veniali.

Luc. 1. D. Tho. de Villanova.

95.

Virgo sine peccato veniali.

Luc. 1.

96.

Suprema in fide super Angelos.



Richard. annuntiant majori fide, quā Angelica major, & prestantior exitit fides Virginis; quam Angelorum Archangelorum, Cherubim, ac Seraphim in via magnitudo fidei defumitur ex objcto, ad quod terminatur, fides Angelorum tendebat in Deum ut Authorem supernaturale, ac fides Virginis respiciebat Deum incarnatum coop-rante tota trinitate quo nihil excelsius, ac sublimius considerari potest ita nec majus ejus fide.

97. Singularis, ac suprema in charitate. Dū de augmento charitatis agit D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 5. ad 3. ait, Hoc est quod facit Deus charitatem augendo scilicet quod magi insit, & quod perfectius Spiritus Sanctus participatur. Ex majori participatione Spiritus Sancti charitatis augmentū defumitur, atqui Sanctissima Virgo super omnes puras creaturas maximē participavit Spiritum Sanctum, non solum per sua dona, sed per suam essentiam cum omnibus suis essentialibus virtutibus, ut in limine quaestio- nis dixi ex D. Athanasio, ergo ex tanta participatio- ne Spiritus Sancti suprema charitas participatur

98. Et quis poterit illius virtutes, & magnalia singulati- m referre ait ipsa in suo cantico. Quia fecit mihi magna, qui potens est. Luc. 1. n. 49. seu ut legit textus hebraeus, Fecit apud me mirabilia per quae intelligit dona gratiae in se collata, & cur ea sigillatim non nominat, sicut Paulus, quod raptus fuit usque ad tertium Coelum, & quod de tot, tantisque periculis eum Deus liberaverit. 2. Cor. 11. n. 23. & c. 12. n. 3. & david, & quod deus ad clavem regni eum eleva- verit, Passere Jacob servum suum, Psal. 77. n. 75. Cur ergo etiam Sacratissima virg. dona sibi collata non exprimit; Cajetanus ait, Et haec tamquam inexplicabilia singulati- m hoc unico nomine cuncta comprehendit, & ideo tamquam in compendio, ac epilogo re- ducit, Fecit mihi magna, & addit; Qui potens est. Titus Bostrensis totum revocat in Dei potentiam ut magnalia in se facta fide credantur.

SECTIO VIII.

Opnditur quod nostra sententia de votis in lege veteri non sit repugnans Christo Do- mino, nec Beatissime Deo patri, nec sacris A- postolis, nec legi Evangelicae, nec veteri, nec sanctis Patriarchis aliarum Religionum.

99. Tertio conglomeratus Orbis convocatur ab Adversariis contra nos ut patet ex titulo se- ctionis, sed si bene res expendatur, potius facit pro nobis, quam contra nos; & imprimis nostra sententia non est, ut ipsi dicunt, repugnans.

Christo Domino.

100. dicuntque nostram sententiam pugnare cum su- prema Christi majestate, dum illi negant esse pri- mum Auctorem, & Institutorem Status Monastici, dum hoc attribuit Eliae priori tempore Christi.

101. Absit hoc à nobis, dicimus enim, quod sicut Chri- stus dicitur Auctor Sacramentorum tam legis nove, quam veteris quia ex praevis meritis Christi Deus dedit illis Patribus Sa- ramēta, & gratiam, sic etiam ex praevis meritis Christi dedit Eliae gratiā, & lucem ad tātum statum initiandum, deinde sim- pliciter, & absolute, qui rem antiquā restaurat, re- novat, & ad meliorem statum reformat, ac reducit illius juris patronatum acquirit, illiusque institu- tor dicitur secundarius. Ita Mascard. 3. q. p. 5. n. 3. & praecipue n. 35. Gratian. t. 1. c. 127. Castro Palaus tom 3. tract. 1. 3. disp. 2. punct. 2. n. 5. & multi

Mascard. Gratian. Palaus. Barbosa.

alii cum Barbosa de potestate Episcop. Par. 3. alle- gat. 70. n. 5. & 8. Unde inferunt, quod ille, qui Ec- clesiam antiquam renovat, ac reformat, & ad me- liorem statum reducit dicendus est simpliciter il- lius auctor, ac Institutor: atqui Christus Dominus antiquum monachatum renovavit, restauravit, per- fecit, & ad perfectiorem modum reduxit, ergo simpliciter illius est auctor.

102. Imo nostra sententia maximē exaltat supremam altissimam, infinitamque Christi bonitatem, quia ut ait D. Thom. 1. p. q. 65. art. 3. Quanto aliqua causa est superio- r, tanto ad plura se extendit in causando, & 3. con- ra gentes cap. 24. ait, Quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remotiora bonitatem suam refun- dit. Atqui nulla causa melior, ac superior excogi- tari potest, quam Christus dominus; ergo infinitam suam honitatem non solum diffundit in propin- quos existentes, nempe in lege gratiae, sed etiam ad remotiora, ad patres nemp- antiquos, & inde suam ostendat bonitatem in causando, & sic ait D. Tho- mas 3. contra gentes loco citato, n quantum unum- quodque bonitatem suam diffundit in alia, ut alior causa.

Virgini Mariae.

103. Dicent nostram sententiam pugnare cum excel- lentissima prerogativa Virginis Mariae, dum illi negat ducatum, ac principatum in voto castitatis; non talia dicimus, sed libentissimē fatemur, ut sa- tis est explicatum q. 6. & 7. imo haec nostra senten- tia maximē inservit ad supremū ejus principatum in virginitate, illiusque summam bonitatem de- clarandam, ac explicandam.

104. Cum Deus conderet orbem, dixit prima die, Fiat lux, & facta est lux, gen. 1. n. 3. commune, & vulgare dubium, quoniam lux esset illa lux, nam Sol crea- tus est quarta die; Communis solutio est D. Aug. D. Tho. Lyrani, & Abulens, quod prima die creata fuit nubes quaedam resplendens, quae suae lucis ra- dios emittebat, ex qua quarta die creatus est Sol, unde inter illius encochia praclare dixit D. Hysic Sol adhuc in matrice lucet. Sol nempe inter causas antequam creatus prodeat in orbem jam lucet, ac fulget, O Sacratissima Virgo fulgentissimus Sol amicta Sole, ad huc in matre lucet tantus tui splē- dor, & fulgor, quod antequam nata, ant- quā exires ex maternis visceribus tui cognitione illuminas, ac dirigis mortales ad virtutem, justitiam, & probita- tē, cuius bene conscius Elia te imitari constituit.

Beatissimis Apostolis.

105. Obijciunt adversarii, quod nostra sententia mul- tum repugnat cū supremā dignitate Apostolorum ad quam pertinet, ut ipsi sint primi Religiosi, & in hoc primatum teneant.

106. Respondemus quod sicut ad supremam digni- tatem Apostolorū non pertinet, quod sint ipsi primi justi, sancti Martyres, praedicatores, ac Doctores, sic non pertinet, ut sint primi religiosi, sed ad eorum dignitatem spectat, ut sint in supremo, & altissimo apice omnium perfectionum justitiae, sanctitatis Martyrii, praedicationis, ac religiosi status supra omnes, qui ante ipsos fuerunt, & erunt usque ad finem post ipsos, quos omnes Sacri Apostoli in omni prerogativa, ac dono superant.

107. Imo maxime ad eorum eminentiam, & gloriam pertinet, ut statum Religiosum imperfectum. ipsi apostoli sua doctrina perficerent, illustrarent, & ad magnam, & sublimem exaltationem elevarent. Venit Joannes-Baptista ante faciem Christi, Pr adit ad Baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Luc. 2.

Luc. 3. n. 3. Merito dubitant sancti patres D. Chry- tost homil. 10. in Matth. D. Aug. tract. 4. in Joan. D. Bonaven. in suis meditat. Quare Joannes venit ante Christum baptizans, cum Baptismus ille esset val- de imperfectus, & solum esset quaedam dispositio ad remissionem peccatorum: Alta dei providentia sic est ordinatum, ut magis claresceret, & irradiat- ret Divina Christi Majestas, quod ascendente ma- nu ejus Baptismus imperfectus, & rudis sic est elevatus, ut fieret fons gratiarum, ac indulgentia peccatorum, & janua Coeli: Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & aqua, Matth. 3.

108. Opponunt adversarii, quod nostra sententia tum pugnat cum lege Evangelica; nam cum status Religiosus sit valde perfectus ad legem Evange- licam pertinet, & ad nullam aliam.

109. Respondemus de fide certum esse legem Evan- gelicam perfectiorem, & excelsiorem esse omni- bus aliis, ut patet ex Paulo Hebr. 6. 7. 8. cum hoc tamen stat, quod cum deus sit Author omnium legum omnes illustravit suis magnis donis, tamen Evangelicam multo ampliori, & illustriori modo, in antiqua duo Sacramenta, circumcensionem, & re- medium legis naturae, in Evangelica septem, ex quo patet quanto ceteris eminentior sit Lex Evangelica, ut per decem, & septem prerogativas ostendi opuse. 1. de Sacra Scriptura Resol. 5. q. 11. Unde de lege Evangelica D. Aug. serm. 45. de di- vers. & in Ps. 130. n. Ambr. Beda, & alii. Multa filia congegaverunt divitias, tu super ressas universas. Prov. 3. n. 46. pro quo referam id quod revela- tum fuit venerabili Sorori Mariae de Jesus Abbat- tissa Conventus Conceptionis Villae de Agrida, quod cum Christus D. in ultima Cena institueret Sacram Eucharisticum Sacramentum aderant ibi Enoch, & Elia, & divinum Sacramentum parti- ciparunt, & communicarunt, & ut ibi dicitur: Vo- luit Christus D. hoc divino Sacramento honorare om- nes leges Naturalem in Enoch, scriptam in Elia, Evangelicam in duodecim Apostolis, qui tanquam filii erant in circuitu mensae Domini. Ita habetur 2. p. Revelat. lib. 6. c. 11. n. 11098.

110. Nam quantumvis Deus, ut Author omnium legum omnes honoraret, tamen legem Evangelicam su- per omnes; nam in lege antiqua habent numerum Ex tribu Juda duodecim millia signati, ex tribu Ru- ben duodecim millia signati. &c. At de lege Evan- gelica, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat. Apoc. 7. n. 9. ut dicat Ansbertus, quod nullus intellectus creatus poterat numerare. In lege antiqua pauci martyres, ut propheta, at in lege gratiae am- plissimus numerus, ut in qualibet die possit Eccle- sia celebrare triginta millia Martyrum, & si com- putes omnem numerum, efficiunt undecim millio- nes martyrum, ut ex multis gravissimis Authori- bus retuli t. 1. in Apocal. c. 7. q. 17. n. 156. & 157. anti- quitus pauci Religiosi in Carmelo, Bethel, Jeri- cho, ac modo in lege gratiae amplissimus numerus, ut ex Procopio, D. Ambr. & Aug. referat Leo à Castro ad c. 19. Itaque n. 18. quod in una Civitate Aegypti fuerint viginti millia Monachorum tuus Abbas Or habuerit tria millia, Noster Sanctus Se- rapion decem millia Monachorum, & in pluribus aliis locis multa millia, multiplicasti gentem, magni- ficasti latitiam. Isai.

111. Dicuntque nostram sententiam repugnare cum lege veteri, quia in ea videtur extare praecipuum de non servanda castitate, & consequenter de non vo- venda castitate; totum est valde alienum à verita-

te, illud, quod Deus dixit Adamo, & Noë Gen. 9. n. 1. Crescite, & multiplicamini, erat in exordio Mun- di, quando in Adamo erant tres, vel quatuor filii, similiter & Noë, at postquam genus humanum est maximē adactum non est necesse impleri per omnes sed per magnam partem, ut notat D. Tho- mas in 3. Illa autem verba, quae adducuntur Exod. 23. n. 26. Non erit sterilis, neque infecunda in domo tua, non continent praecipuum sed benedictionem obser- vantibus legem, sic ait Textus: Servietis Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis, & aquis, & non erit sterilis, & infecunda in domo tua, & numerum dierum tuorum implebo. Similiter, & illa alia Deut. 7. n. 14. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis, aperte non con- tinent praecipuum, cuius non sunt capaces pecora, sed benedictionem.

112. Imo ipsa Virginitas in omni populo, & maximē Hebraeo fuit in magno honore, ac estimatione, ut testantur multi Patres, ac doctores, quos in magno numero citavi opuse 3. resol. 3. q. 13. n. 117. & de virginibus tamquam de personis magnae, & summe estimationis dicitur in extrema afflictione populi 1. 2. Machab. c. 3. n. 19. Sed Virgines, quae coneluse erant procurrebant ad Oniam, & ut exaggeretur summa calamitas in populum dicitur Thren. 1. n. 4. Sacerdotes eius gementes, & Virgines ejus squalidae, & ipsa oppressa amaritudine, ac si dicitur magnas, ac venerabiles personas apprehendit calamitas. Semper Virginitas inter omnes eminet, ut maxi- mē in ipsis progenitoribus populi Hebraici videntur. Cum Joseph fratres suos exciperet convivio, major pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excede- ret. Gen. 43. n. 34. & unde illi tanta praeminentia, ac gloria super ceteros d. Amb. l. de Joseph c. 10. sic ait, Ideo in convivio pars ejus multipliciter major ef- fecta est, quod haberet superioribus anteferri, non solum mentis prudentia, sed etiam militia corporis, & gratia castitatis. Expende ultima verba, gratia castitatis. Sanctis Religio num Patriarchis. dicunt magnam nos inferre injuriam Sanctis Pa- triarchis Religionum Basilii, Augustino, domini- co, Francisco, Ignatio, cum eis anteposamus Eliam qui inferior est eis in meritis.

113. Negari non potest, quod multum, & magnum obsequium praestet Elia Sacris Religionibus; nam sancti Patres, & doctores resutantes haereticos blasphemantes contra statum Religiosum statim eis objiciunt, & opponunt Eliam, ac filios Prophe- tarum, eorumque exemplo eorum errores truci- dant, & dissipant, qui autem tuum statum, dignita- tem, ac praeminentiam custodit, ac defendit, maxi- mē à te venerandus ac recolendus est. Quae illustri- simae mulieres ab imminente mortis periculo liberarunt populum Israël Judith. c. 13. Judith. 13. Esther c. 8. tamen Esther illustris, ac magnificen- tius honoratur, ut dicatur Sol, & lux: Parvus fons in lucem, & Solem coarctatus est. c. 10. n. 6. quia non solum liberavit populum à morte, sed etiam custo- dit, ac defendit à falsis criminibus, quibus infamabatur, ac deturpabatur, & accusabatur, ut reus lesa majestatis, illiusque contemptor, legum, ac mandatorum transgressor, merito ergo Esther, ut lux, & Sol acclamatur, qui luce suae virtutis tene- bras tantarum falsitatum dissipavit, populumque purum, & innocentem declaravit, sic & Elia, qui merito Sol interpretatur luce suae doctrinae, vitae, ac exempli omnes maledictas haereticorum blasphemias destruit, ac trucidat, & purum, ac sanctum firmat Religiosum statum.

Luc. 2. Q. 9. 2. De

Magna excellen- tia per- fectum

Matth. 3.

108.

109.

Hebrae. 6. 7. & 8.

110. D. Aug. Beda.

Prov. 3. 1. Venerabi- lis Maria de Jesus.

111.

Revel.

Apoc. 7. Ansbert.

Omnia multipli- cata in lege gra- tiae. Leo à Castro.

112.

Gen. 9. in lege veteri nullum praecipuum contra astuta- ter.

113. Exod. 23.

Deut. 7. 1.

114. Matth. 2. Thren. 1.

Gen. 43.

115.

Gen. 43. Virgines omni- bus aliis praelata. D. Ambr.

116.

117. Elia magnam praestat obsequium omnibus Religio- nis.

118. Judith. 13. Esther. 8.

Esth. 10. Dum de- fendit honorem majus praestat obsequium.